



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Et sperant in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti
quærentes te domine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

IN PSALMVM

IX.

217

oculus non uidit. Quibus Apostolus. i. ad Corinth. iiij. addit: Nec in cor homini ascenderunt; & pro expectatiis reddit diligentibus. Nam hi demum uecti diligunt deum, qui expectant promissoris ueritatem: Qui uero deficiunt, scipios potius diligunt. Sic psal. xxvij. Expecta dominum, uiriliter age, conseruent cor tuum, & sustine dominum, In hanc rem multa praclare Ioannes Tertius. Taulerius in ser. uernaculis. Nam hi sunt recti corde: De quibus psalmo. lxxij. Ieron. Quam bonus deus Israel, his qui recto sunt corde, & cetera, quae pulchre huc consonant. Rectum enim cor diximus, quod non querit quae sua sunt, nec Restum cor in lepifum depravatum est. Et huic bonus est dominus, quia ipsi gustant & uident, quoniam suavis est dominus.

Et his duobus nominibus p̄prie exprimitur cōditio Almuth nostræ, id est, absconditæ iuuentutis, seu populi noui, in mystico fidei iuuentis, q̄ pauper & tribulatus describitur. Vt enim impios inimicos, famosi nominis, magna potestate & pharæ & multæ turbæ in ciuitatibus esse, ac per hoc foris speciosos & apparentes descriperat; Ita econtra, pios oportuit describi contraria sua forma, paupertatis, tribulationis, infirmitatis, ignobilisatis, & tamen huic cōtemptibili dari uictoriæ aduersus magnificos illos, & superbiam Iordanis, ut fieri quod dixit, se mirabilia dei narraturum, gaudens in domino, qui deponit potentes & exaltat humiles. Et humilia respicit in cœlo & in terra.

Etsperant in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquerunt te domine.

Quid sit nosse & diligere nomen domini & sperare in eo, abunde psalmo v. dictum est eo uersu: Et gloria buntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum &c. Pertinet autem tam spes, q̄ notitia nominis dei ad formam Almuth depingendam, q̄ uita eius sit in spe abscondita, & nomen suum non agnoscatur, glorietur autem in solo dei nomine, ubi impij in re apparente, & in suo nomine gloriantur.

Hoc autem potest intelligi indicatio futuro dictum: Etsperabunt in te, qui nouerunt &c, ut sit ex praterito exemplo liberationis, confortatio spei in futura tribulatione. Quo affectu psal. iiii. incipit: Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticie meæ, in tribulatione dilatasti mihi, ut ibi dictum est. Loquitur enī hic uersus ad consolationem infirmorum, ut sperent in deum omnes qui inuocant nomen eius, uisus tot eius mirabilibus prateritis.

Etiūd aduersus sensum carnis dicitur: Qm̄ non dereliquisti querentes te, ut oportunitatem discat expectare, apparet enī omni sensu deum dereliquisse querentes eum: cōtra quas procellas cogitationum, huius uersus rupes est firmamentum & dicendum cū fiducia: Non dereliquisti querentes te domine.

Psallite dño, qui habitat in Zion, annūciate inter gentes studia eius.

Ecce & hic uersus declarat, quos noīe Almuth intellexerit in titulo, nempe reliquias Israel, qui reliqua utere synagoga quæ in splendoribus mundi & sanctitudinis secularibus spectabilis erat, per fidem natu sunt in nouum populum, & iuuenientem spiritualem, quæ ambulet non in pompis ceremonialibus literæ, sed in spiritu nouitatis, sub cruce & passionibus contempta laborans. Hoc nimirum indicat, quod habitatori Zion psallere iubet, & annūciare in gentes

T studia dei,